



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 20. Cæsarorum, & Gallorum petitio de fidei dogmatibus non
discutiendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI
A.C. 1562.

ad exactam illius discussionem usque ad proximam Sessionem nimis arctum intercederet temporis spatium. Post ea fervente contentionis ardore Præfulum plures reclamare, ac inde recedere statuerunt, quinimo nonnulli re ipsa discessissent, nisi Oratores Synodi dissolutionem veriti, cum in hoc Papæ votis cedere nollent, suis petitionibus haud ultra institissent, sed potius Hispanos eo inclinassent, ut nec ipsi amplius declarari peterent, quod conventus nunc indictus non sit novum Concilium, sed duntaxat prioris continuatio: hæc Hispanorum mutatio Legatos eo inducebat, ut scriptotenus declararent, quod justis de causis proxima Sessio propositarum quæstionum decisionem ad aliam Sessionem rejectura foret.

§. XX.

Cæsareorum, & Gallorum petitio de fidei dogmatibus non discutiendis.

Postea Cæsaris æque, ac Franciæ Oratores proponebant, quod, cum quæstio de residentia in Sessione proxima decidi non possit, neque etiam de fidei dogmatibus in Protestantium absentia ageretur, nisi prius de eorum contumacia liquido constet, cum nullius utilitatis

litatis sit, nemine contradicente de iis disputare: addebant porro hæc: „An-
„gliæ Orator in Gallia significavit, quod
„ejus Regina decreverit, quosdam mit-
„tere ad Concilium, quinimo verosimile
„videtur ceteros Protestantes idem fa-
„cturos, indeque secuturam generalem
„eorum, qui ab Ecclesia secesserunt,
„ad eandem unionem; nam id effectui
„esse dandum nemo ambigit, dummo-
„do seria reformatio præcedat., Ad
secundum hoc postulatum Cardinalis
Simonetta respondit, quod emendatio-
nis negotium videatur quidem facile,
re tamen ipsa valde arduum sit, cum
id in beneficiorum dispositione omnino
consistat, istique abusus a Regibus,
ac Principibus potissimum proficiscan-
tur. (*)

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

§. XXI.

*Legati Synodi continuationem decla-
rare a Papa jussi.*

Hæc cum interim gererentur, Roma
Nuntius venerat, per quem Papa
Legatis præcepit, ut in proxima Ses-
sione Synodi continuatio Hispanis pro-

Pallav. l. 16.
cap. 12. n. 1.
§ 2. litt.
Legat. ad
Borrom.
26. Maji
apud Pallav.

D 5

missa

(*) His addit Suavis, seu Sarpus: *his
verbis Oratores cunctos pupugit propter nomi-
nationes, aliaque jura, quæ Reges exercent, ac
præ aliis Rex Galliarum.*